



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

dubio stipulatus nomine eius, cuius intererat, ut est doctrina Bar. in d. l. 2. in fin. ff. rem pup. fal. fore, qui querens, quando notarius stipulatur, utrum sit necesse dici, promittis mihi notario, ut publica persona recipienti nomine omnium, quorum interest, aut interesse potest, respondet, quod si stipulatur, ut notarius, praesumitur, ut publica persona stipulationem recepisse, ite praesumitur, quod fuerit stipulatus nomine omnium, quorum interest. Ponderando itaque, uerba Bar. qui quoad haec duo fundat se in praesumptione, ut patet ex uerbo praesumitur ab ipso positum, quod ad utrumque refertur, uidelicet quod praesumatur ipsum fuisse stipulatum ut publica persona, & fecisse stipulationem nomine omnium, quorum interest, inferitur, quod in dubio notarius simpliciter ut notarius stipulatus, quo in casu proprie loquitur Bar. praesumi debet stipulatus, ut publica persona, ite nomine omnium, quorum interest. Haec est mens Bar. propter uerbum praesumitur, quod hoc importat, uidelicet, quando sumus in dubio, quia non apparet ipsum fuisse stipulatum ut publicam personam, nec nomine omnium, quorum interest, arg. no. per glo. in l. vniuersa. §. accedit. C. de rei ux. act. & per Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de usuc. nam si notarius non fuisset stipulatus, ut publica persona, nec nomine eorum, quorum interest, profecto notarius non diceretur alteri acquirere, ut uoluit Bart. in d. l. 2. & clarius in l. postquam liti. ibiq; scriben. C. de pact. Sed tamen adhuc, ut dicitur ut publica persona, item, & nomine eorum, quorum interest, stipulationem fecisse, sufficit, uel quod uerbis expressis hoc faciat, ut in d. l. postquam liti, uel tacite, uidelicet quod fuerit simpliciter, ut notarius stipulatus ad tradita per Bar. in d. l. 2. qui sic debet declarari, nec aliud uoluit dicere, alioquin sibi contrarius uideretur, quod minime est dicendum, & sufficit aliquid facere uerbis expressis, uel tacite l. Paulus. ff. de praet. stipu. cum si. Praeterea censendum est notarium, & iudicem fuisse stipulatos nomine ipsius Thomae, cuius intererat dictum Saluatorem esse, seu stare detentum, & post illius relaxationem per do. Auditorem factam ad preces, & sub promissione dicti Vincentij presentari debere, prout in instrumento continetur, quia nullius alterius potuit interesse, nisi ipsius Thomae, ad cuius instantiam Saluator captus fuerat, & detentus: nam licet tamen in stipulationibus, put nos sumus, & colligitur ex illis uerbis promissit soleniter, & in forma iuxta l. sciendum. ff. de uerb. obl. §. si. in sti. de fidei ius. & §. scriptum. in sti. de inuti. stipul. nunquam persona extrinseca sub intelligatur, nisi sit expressa l. si ita stipulatus. §. Grifogonus. ff. de uerb. obl. sed promissio illi solui facta censetur, qui sibi expressit fuit stipulatus, & idem si simpliciter, & impersonaliter fuisset stipulatus l. stipulatio ista. §. si cur. & §. si quis ita. ubi habetur. ff. de uerb. obl. & per Alex. in l. post dotem. in 3. lec. ff. sol. mar. tamen quando praecessisset aliquis alius actus, seu contractus, de cuius natura sit, ut alteri debeatur, & acquiratur, tunc stipulatio facta ab aliquo nomine ipsius stipulantis, uel impersonaliter, censetur et facta nomine illius, cuius intererat, & acqrebat ex natura actus, uel actus praecedentis, propter quem stipulatio facta fuit, quoniam & si talis stipulatio non possit dici alteri facta, quia persona extrinseca in stipulationibus nunquam subintelligitur, ut dictum est, & quia alteri quis stipulari non potest, concipiendo uerba stipulationes in persona illius l. stipulationes ista. §. alteri. ff. de uerb. obl. & §. alii. cum si. in sti. de inuti. stipu. tamen nomine alterius, cuius ex natura actus, uel actus praebuli intererat, facta censeri debet, & illi non nominato acquiritur ex ea stipulatione, ut possit agere, ut est tex. ibiq; Bart. in 3. lec. & Ale. & alii doc. communiter in d. l. post dotem. ff. solu. matri. per quem text. dicunt limitari id, quod

habetur in d. §. Grifogonus. uolentes, quod quamuis in stipulationibus non subintelligatur persona extrinseca, cui stipulatio facta dicatur, tamen potest subintelligi persona extrinseca, cuius nomine quis dicatur stipulationem fecisse, ut quando esset talis persona, cuius ex natura actus, uel actus praecedentis interesset, uel interesse possit. Nam tamen aliud est stipulari alteri, & aliud stipulari nomine alterius, ut colligitur ex uerbis Alexandri ibi. Et tamen nomine alterius stipulatio in dubio facta censeri debet, quoniam praecedat actus, uel actus, ex cuius natura actus esset, quod illi acquireretur, seu illius interesset per text. in d. l. post dotem. ibiq; doc. in d. 3. lec. Sed quoad non praecessisset actus, uel contractus, ex cuius natura acquireretur alteri, uel nullo modo absentis interesse dici possit, tunc stipulatio nunquam illius nomine facta censetur, sed solum nomine ipsius stipulantis, ut in l. si stipulatus. ff. de usur. l. inter stipulantes. in prin. ff. de uerb. obl. l. si legatum serui. ff. de leg. 1. & habetur per Bar. Alex. & Dy. in d. l. post dotem: quia omnia melius ad propositum nostrum facere non possent, & praeterquam considerando illa uerba in sti. quibus dicitur, & toties, quoties fuerit de iure requisitus dictus Vincentius, & pro parte dicti Thomae de hoc instantia facta: ex his enim uerbis satis euidenter constat, notarium uoluisse stipulationem nomine, & ad utilitatem dicti Thomae facere. Haec autem stipulatio, quae facta censetur non ipsi Thomae, sed nomine Thomae, facta dicitur non ad effectum, ut poena promissa ipsi Thomae debeatur, quia expressit conuentum fuit, poenam ducatorum quinquaginta applicari, & acquiri cameram, quae Thomae non est applicanda per ea, quae habentur per Bart. in l. 1. in fin. prin. ff. de iur. sis. in l. arbor certo die. ff. de arbi. & per Pet. de Anch. in confi. 1. Sed debet intelligi facta nomine Thomae ad effectum consequendi interesse suum in casu, quo Saluator non praesentaretur ad instantiam, & petitionem Thomae, cuius intererat illum praesentari, & ratione sui interesse, ut dictum fuit, stipulatio censetur facta nomine ipsius Thomae ad tradita per Bar. Ale. & alios in d. l. post dotem. cum si. supra alleg. Praeterea ex quo stipulatio, & promissio de praesentando, quae est quid facti, censetur facta nomine Thomae, sequitur, quod si illud non fiat, ipse ad interesse agere debet, quia tamen in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse l. stipulationes non diuiduntur. in uer. cel. sis. cum ibi no. ff. de uerb. obl. & l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iud. An autem poena peti possit nomine cameram ad effectum, ut cameram applicetur, non est praeter investigationis, & forte non posse peti dici potest, ex quo instrum. de mandato do. Auditoris cancellatum fuit, & ab illo per ambas partes recessum, & ideo quoad poenam cameram applicandam promissio uel reuocata. Quod tamen nunc non examino, neque firmiter pono, quia super hoc consilium non petitur. Nec obstat, si ex aduerso diceretur, quod licet promissio nomine ipsius Thomae absentis facta dicatur, ut supra, & quoniam illi ius fuisse acquiri, quia sua intererat ratione actus, & actus praecedentis, hoc est ratione capture iam de dicto Saluatore debitor factae ad instantiam Thomae creditoris praedictae, tamen tamen illud fuit Thomae acquiri reuocabiliter, & ipsius ratificatione sequuta, & non antequam prout regulariter absentis acquiratur, cuius nomine aliquis uoluit acquirere, ut in l. si absentis. cum ibi no. C. si cer. pet. l. absentis. ff. de dona. tex. cum glo. in l. communis. in si. ff. de acq. pos. Alex. post Bar. in l. si mihi, & Titio. ff. de uerb. obl. cum aliis allegatis in simili per Dec. in confi. 30. in 3. parte, & in confi. 126. in 2. parte, Bar. in l. quod meo, in prin. in 2. col. ff. de acq. pos. Et ratificatio fieri debuit, re adhuc integra existente. l. bonorum cum materia. ff. rem ratam habe. & Bald. in l. fin. C. ad maecdon. Quia multis modis responderi potest.

Primo

9 Primo, q̄ ratificatio ualiditativa actus fieri debet integra, & eo tempore, infra quod actus erat celebratus, d. l. bonorum. cum si illa uero, quæ est noui iuris adquisitiua, potest fieri re deficiente integra, & post tē pus, infra quod actus ipse erat celebrandus, ut uoluit lac. But. in l. bonorum. C. qui admitti. Secundo, q̄ quando actus fit nomine absentis, & ad eius utilitatem, tūc statim, quo ille sciuit, & non contradixit, censetur eū actum habuisse ratum quoad effectum, ut ei ius dicatur perfecte, & irreuocabiliter acquisitum, ut uoluit Bar. in l. qui enim. S. rem haberi. ff. rem rat. habe. ergo in terminis nostris statim, quo Thomas sciuit promissionem fuisse factam mediante stipulatione iudicis, & notarii, quoad effectum, ut sibi ius dicatur acquisitum, satis fuit ipsum quicquid ratificasse, uel saltē sciuisse, & non contradixisse, ut ibi per Bar. Tertio, si de iure, & magis proprie, q̄ q̄ occasione p̄ctus inter alios facti per dispositionem legalem ius tertio re, uel ipse acquiritur, & non immediate, nec expressē ex dispositione contrahentium ad hoc tendente, tūc ab illo actu per contrahentes recedi non potest ad iudicium illius tertii, eo non consentiente, ita uoluit Bal. in l. constante. per illum tex. C. de dona. ante nup. & sequitur, multumq; commēdat Alex. in l. qui Romæ. S. flautus. col. ante. in versi. nec huic membro. ff. de uerb. obl. Sed in casu nostro ipse Thomas fuit ius acquisitum ex contractu, seu stipulatione notarii, & iudicis ex una, & Vincentii ex alia, quia eius nomine fuit ius acquisitum non immediate ex contractu, & cōsensu partium ad hoc tendente, sed per legis dispositionē, quia ratione actus, seu contractus precedentis sua interfuit stipulationem dici eius nomine factam, p̄ ea;

10 quæ supra dixi, ergo &c. Quarto, q̄ id, quod fit mediante p̄cti noie alienius, quamuis ad effectum ut illi acquiritur, ratificatio requiritur, ut supra, tñ ad interim pendente ratificatione reuocari non potest ad illius iudicium, & consequenter quoad eum, cuius nomine actus factus fuit de reuocabiliter acquiritur, quia illi nō acquiritur, nisi sequuta ratificatione, sed quoad eos, qui actum illius nomine fecerunt, ius absentis irreuocabiliter dicitur acquisitum, quia nō possunt ad eius iudicium cōtrauenire, nec reuocare, ut est tex. cum gl. no. in l. si ego. ff. de neg. gest. Soc. in d. l. q̄ Romæ. S. flautus. in 6. conclusiōne, & in princ. col. pen. & hoc maxime procedit, ut dixi, q̄ absentis, cuius noie actus dicitur factus, ius fuit quæsitum non immediate ex dispositione contrahentium ad hoc tēdente, sed potius mediante legis dispositione, eiusq; interpretatione, put est in casu nostro, & supra dixi. Quinto reuocatur, q̄ tex quo interuenit iuramentum de nō cōtraueniendo in forma ampla, & generali, non potuit esse locus cancellationi, seu reuocationi instrumenti maxime ad iudicium Thomæ absentis absq; eius cōsensu, cuius noie etiam stipulatio facta fuit, & cui tē ius ex illa fuit acquisitum, nam q̄ iuramentum, q̄ hēt nim casus specielis. l. cum pater. S. filius matrem. ff. de leg. 2. & habetur per Alex. post alios in d. l. q̄ Romæ. S. duo fratres. loquendo de iuramento apposito in contractu diuisionis, in quo sunt apposita uerba generalia, quæ per se fideicommissi renunciationem nō important, sed propter iuramentum illi renūciatio dicitur, in ijs, in quibus aliàs reuocationi, & pœnitentiæ est locus, facit, quod non fit illi locus, ut est gl. singularis in l. si pecuniā. in prin. ibiq; Alex. ff. de cōdi. cau. data. & lo. de Im. in l. 2. S. sed si quis. ff. de don. Et quāuis dici possit, q̄ in casu nostro fuerit quidam contractus in nominatus, uidelicet facio, ut facias, quia do. Auditor relaxauit Saluatorem à carcere ad instantiā Vincentii, ut ipse Vincētius illum presentaret, prout promisit, tamen non fuit locus reuocationi, nec pœ-

nitentia primo ratione iuramenti, maxime ad præiudicium Thomæ, cui ius fuerat acquisitum ex stipulatione, ut supra, facta, quæ stipulatio etiam ultra iuramentum operatur, ut non fit locus pœnitentiæ, seu reuocationi, ut in l. ex placito. & in l. precibus. C. de rer. permu. & per Soc. in d. S. flautus. in fin. 6. conclusiōnes per d. l. ex placito. & benefacit ad p̄positum id, quod uoluit Bal. in l. pactum. in 9. q. C. de colla. dicens iuramentum obligare iurantem tertio absentis, cuius interesset, & cui ius esset quomodocunque acquisitum ex actu, seu contractu iurato ad tradita p̄ gl. in c. quoties cordi oculus. r. q. 7. Et ex his uidet̄ optimē respōsum omnibus alijs, quæ in contrariū considerari possent, & ideo super illis aliter non insistendo concludendum esse arbitror ad fauorem dicti Thomæ, quod Vincentius teneatur presentare Saluatorem ad instantiam, & petitionem dicti Thomæ, & casu, quo illum non presentaret, ipse Vincentius teneatur non ad penam quinquaginta ducatorum promissam, sed solū ad interesse ipsius Thomæ. Et ita iudicandum, seu laudandum esse arbitror, saluo tamen cuiuslibet rectius sententis iudicio. Existimo tamen ipsum Vincentiū fore ab expensis absoluendum propter iustam causam litigandi, & præsertim ob elegantes, & subtiles iuris allegationes eximii aduocati ipsius, quæ profectō quemlibet doctissimum iudicare debentem uariare, ac titubare fecissent. Sed quia uero omnia consonat, falso autem omnia dissonat, ideo maturius considerando in hanc partem Thomæ fauorabilem inclinatu, quonia illi mihi & iustior, & magis æqua uisa fuit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Verba quatenus, & non aliter conditionem important.
- 2 Satisfactio de stando iuri etiam simpliciter præstita iudici incompetenti per eum, qui coram illo iudice conueniri non poterat, ipso iure non ualeat.
- Et iurisdictionem iudicis non sui non prorogat nu. 9.
- 3 Promissio de stando iuri non continet promissionem iudicatum solui, licet è contra secus sit.
- 4 Etiam si facta sit promissio de stando iuri in forma &c.
- 5 Abbrenuatura & cætera comprehendit solum ea, quæ sunt de forma, & de substantia, ac natura eius, quod fuit expressum, & cui illa fuit adiecta.
- 6 Fideiussor, ac etiam principali promissor de iudicio fisci, & iudicatum solui non tenetur lapsa tempore, infra quod causa expediri debebat.
- 7 Appellationis causa deseritur per lapsum temporis ad prosequendum præfixi.
- 8 Causa deserta, & iurisdictione iudicis delegati extincta dicitur per lapsum temporis ad prosequendum statui.
- 10 Iurisdictione iudicis non sui per præfixionem termini ad prosequendum causam paribus presentibus, & acceptantibus factam prorogatur.
- Et eo elapso iurisdictione prorogata extinguitur nu. 12.
- 11 Fideiussio ad tempus prorogationis trahi non potest.

E P I T O M E.

PROMISSIO, & fideiussio pro forensi, & nullo modo subdito facta corā iudice ciuitatis de iudicio fisci in forma &c. & quatenus is de iure stare iuri teneatur, iudice illo incompetente existente, non ualeat. Et si ualeret, aut aliquo modo iurisdictione iudicis illius incompetens esset prorogata, ea extingui, & finiri dicitur, si causa infra tempus a iure, uel ab homine statutum expedita non esset.

CONSILIVM XIII.



IN presenti causa breuiter concludendum esse arbitror, iudicio saniori semper saluo, quod Ser Anselmus, qui pro domino Petro de stando iuri fideiussit, non teneatur, Cc 2 quia